

c. 14. Quemadmodū Paulus testatur, tradi in reprobum sensum ingratos, & in cupiditates probrosas. Rom. 1. d. 26. Nec longa disputatio- ne opus est: nam si fatētur multa peccata, supe- riorū esse pœnas, concedant necesse est, à iudice infligi. Qua de re lege Augustinū lib. 5. contra Julianum, cap. 3. Enchiri. ad Laurent. à capite 65, usque ad cœtesimū. Cæterū aduersus Cœ- forum truculentiam breuior mihi defensio sup- petit, quod Spiritu Dei verba præcunte & di- stante, mesic locutum esse concedunt.

Deut. 6. c. 13.

Artic. 57.

Annotatio, Deus timendus: & illi soli seruiendum. Seruiendum Deo soli. Deus solus adiutor & seruator. In Bibliis 1528.

1532. 1534. 1540. 1545. 1546.

Censura, Hæ annotationes cum præ- clusionis signo, hæreticæ sunt, tollentes Sanctorum auxilium.

Si præclusionis signo tollitur auxilium San-ctorum, cur ergo Spiritui sancto repugnant? Clara Scripturæ verba sunt, Soli Deo seruies, Deut. 6. c. 16. Matth. 4. b. 10. His censores di- cūt euerti auxiliū Sanctorum, quod tamen ipsi